



PRÆCEPTORVM AD FILIOS LIBELLVS.

P R O O E M I V M .

VM multi, ô filij, existimauerint, maximam partem felicitatis pendere à fortuna, scitote illos esse deceptos; aliquid enim potest Fortuna, & in aliquibus; verū maxima pars in nostra constitutione posita est.

C A P V T P R I M V M .

De Dei cultu.

Eo ut maximo singulis diebus gratias agite, sic meliores fieris.
De Deo parce, nec nisi cum reuerentia loquamini.

Iurare nolite secretum, ne liberis vos seruos reddatis.
Cum prudentia res non subiacet, à Deo auxilium implorate.

Vbi humanum suppetit auxilium, confugere ad diuinum temeritatis est.

Qui à Deo scientiam querit, animum à virtutis, corpus à cibis mundum habeat.

Nolite laborare in sensibus sacrae paginae, multiplices enim sunt, & cum periculo labor est.

Quæ nobis bona eueniunt, à Deo accepta scitore.

Nolite credere vos aut dæmones alloqui, aut mortuos videre, sed nec temere, multa enim latent.

C A P V T I I .

De Principum obseruantia.

Proxima Deo cura habenda est de Principibus, ne illos offendatis. Placidè igitur, aut racie.

Nolite coram Principibus cum aliis loqui, nec clam, nec aperte.

Iracundis Principibus nolite omnino seruire, nec suspicione plenis, nec esse in illorum potestate: fulmen enim est vbi potestati iracundia, aut suspicio lungitur.

Principibus aut administratoribus nolite vos sponte insinuare, suspecta enim res est. Cui plus placet quā par est, plus volt, quā licet.

Nolite Principibus, aut valde potentibus, aut multititudini resistere, etiam si ius aquam habeatis.

Nolite quod Principibus displiceat facere, nec si feceritis, placatos vnguam existimetis.

Vbi iustitia non colitur si habitaueritis, necesse erit vos meritò multa pati.

Nolite ambiguis verbis, nec ad Principes, nec de Principibus loqui.

Tempus Principibus imperat, Principes hominibus: expectate ergo tempus.

Mementote quia Principes sunt sicut montes, ad quos accessus quamquam difficilis, longè tamen tutior est quā recessus.

C A P V T I I I .

De Vita.

POst hæc duo, vitæ ratio habenda est maxima, ipsa enim est principium omnium.

Somnus laborem, labor cibum, cibus potum præcedat, & superet.

Cibo vni generis singulis vicibus esto contenti, ne etiam edacitas vos perdat.

Aqua vobis vino sit potior, inter vina potius album.

Bella, pestem, famam fugite, pauci enim seruantur, plurimi pereant.

Cibo, potu, venere, nec ante desiderium nec ad satietatem vitamini.

Fungos, anguillas, nec ranas edite, nec quod dentibus stridet, nec duo vina bibatis.

Bis in die tantum edite, semel vero tantum carnis quantum conuenit.

Bona ab ignotis oblata, nec quæ nescitis unde veniant, nolite degustare.

Cum meretricibus, aut concubinis nolite comedere.

Nihil aut affum, aut frixum, praeter olora & legumina, nolite comedere.

In conviuio vbi estis invitati si cogamini accedere, fidos habete pincernas.

Super plumam non dormite.

Tempus cum in lecto decumbitis, ab omni cura liberum omnino sit.

Ferte Hyacinthum in digitis ad somnum conciliandum, & aduersus pestem & fulgura.

R r 4 Smaragdum

Smaragdum collo pueris suspendite, ob Gemidalem morbum, cerebrum enim confirmat. Canete ab aqua quæline igne feruens; terra quæ sine labore fudatur; pluvia quæ sine nebulis est.

Res malè olentes aut corrupti saporis, ne comedatis profus.

Nolite sedere in factiis, patentibus fenebris.

CAP V T. I V.

De Itineribus.

Viam communem ne relinquatis, nisi necessitate coacti, aut tuto, aut utiliter.

In cauponam solitaria nolite diuersari, nec nocte equitare.

Soli nolite vñquam iter peragere, aut ire per urbem, multa enim obiter contingere possunt.

Nolite ob breuitatem vos latronum, aut aquarum periculis obiicere.

Cum in via estis, de solâ viâ cogitare.

Ne vñquam sub subgrundiis ambulare: hoc enim præcepto bis mortem lapsu regularum euasi.

Aquam inexploratam equo, aut furentem nauiculâ ne transcatis.

Equo præter necessitatem non curretis, nec naretis in profundâ aquâ.

Vrbem, aut oppidum, aut domum ne ingrediamini nisi per portam.

Cum iter ingressuri estis, omnia priùs præmeditata seribatis.

Ne in viam quam nescitis, absque fido duce ingrediamini.

Ignotum hominem nunquam in viâ in societatem admiseritis.

Comes facundus in viâ pro vehiculo est.

Caucete ne occurritus homini incognito properanti, aut belluæ: Rabidi etiam canes rectâ semper incedunt.

Equum incognitum ne ascendatis, & super mansuetum nonnisi habenis comprehensis.

Euntes per urbem supra & infra aspicite, extra urbem hunniles habete oculos.

C A P V T. V.

De Virtutibus, & 1. de Fortitudine.

Omnes virtutes honestæ sunt & pulchrae, sola fortitudo nos similes immortalibus Diis, beatos reddendo, facit.

Pericula magna non nisi periculis depelli solent.

Scitote quod bonus animus in malâ re, diuidium fert mali.

Pro eâ infamia quæ vel falsa est, vel celari, vel sarciri potest, periculo mortis vos nolite committere.

Læte viuite quandolice, curæ enim hominem atterunt, non liberant.

Rerum quæ mutari nequeunt, omnem profus curam abicie.

Nolite in aduersis animo concidere, nec in secundis extolliri.

Constantes ut sitis opto, contumaces nequaquam.

+

C A P V T. VI.

De Prudensia in generali.

Nihil est post fortitudinem, quod adeo ad felicitatem conduceat, quam prudentia.

Dum sapientum prudentia res subiacent, vatem non consulite.

Ea, quæ ad vos non pertinent, nec pertinunt, etsi scire liceat, non attingite.

Somniis ne confidite, nec ea contemnite, maximè cum peculiariis sint genti nostræ.

Cognoscite vos ipsos, & alios cum quibus versamini, & occasionem.

Aliena nonnisi superabundante otio, curate.

Sine utilitate nolite futura prædicere.

Quatuor bona matres totidem malas filias pepererunt, veritas odium, felicitas fastum, securitas periculum, familiaritas contemptum.

Ratio agendorum seu prudentia, sumenda est primò à Deo, inde à naturali inuentione, vltimo à vatibus.

Quæ nullum afferunt detrimentum, agite iuxta consuetudinem.

Prudentia laus non consistit in solâ contemplatione, sed in applicatione ad opus.

Prudentia maioris est pecunias utiliter expendere, quam conseruare, quia plura attendenda sunt circa usum pecunia, qui assimilatur motui, quam circa conseruationem, quæ assimilatur quieti.

In animi perturbationibus nunquam deliberate.

Memento quod vnam tantum habetis linguan, & duas aures.

Pauca loquamini, in multo enim sermone multa excludit imprudenter.

Nolite credere, ubi credendo periculum subitis leuitatis, aut ignorantie.

Negotia omnia ut equos tractate, quos in viâ, etiam si mansueti sint, vinculo retinetis.

Nolite in alienis calamitatibus iocari, ne maximam pronocetis iram.

Neminem ante finem felicem existimate, maximè cum non secundū virtutem vixerit.

Duo sunt tempora loquendi, vel cum necessitas cogit, vel cum exploratissima narratis, quæ enim dixeritis silere amplius non potestis, quæ silueritis plerumque dabitur dicendi occasio.

Ne loquamini coram gentibus res serias, aut coram nimis se efferentibus.

Senes veneramini: deteriore enim eritis conditione nisi id faciatis.

Nolite ad pugnantes accedere, nisi vestri sine necessarij.

Nolite ridere cachinno, risus enim abundat in ore stultorum.

Nolite vti verbis tristibus, nec levibus, nec impudicis, nec dissimulatis, nec ironiâ.

Nolite flere ridentibus aliis, muliebre enim est.

Nolite luxum multum ostendere, hædis enim vita conditio ipsum non meretur.

Vtilior est magna prudentia cum parua scientia, quam magna scientia cu parua prudentia.

Sceleris aut infamia, quam infeste non cogitatis, omnem devitatem suspicionem.

Eortunam reperire facilius est quam accipere,

Præceptorum ad filios.

477

pere, accipere autem quām retinere.

Necromantia nulla est, Alchymiam non esse credere præstat, ab infamibus igitur abstine.

De vobis ipsis, filiis, & coniuge nullam penitut apud alios mentionem faciat.

Res omnes, mediocris saltem momenti, scriptura mandate, memoria enim fallax, & sic liberius aliis negotiis intendetis.

Mundo & ornatō, sed exigui sumptus vestitu contenti eritis.

Cauete ne taciturnitas sit cum periculo, aut cum iacturā procacitas.

Cauete scire ea, quāz æqualiter fermè habent periculum tacendo atque loquendo.

Nihil agite tanquam protinus morituri, nec certam spem vitæ vobis præfinite.

Sapientes ab operibus, non ex verbis, stultos autem ex vtroque iudicate.

Beneficia & inclita opera sunt propugnaculum iniuriarum.

Minima maximarum rerum sunt initia, ne igitur pollicearūnī facile.

Cùm loquimini cum aliquo malo, aut improbo, semper manus, non vultum inspicite.

Nolite adhibere fidem literis sine nomine, vel à personis scripti dicensibus malum de domesticis, aut amicis, quia ab inuidiosis singi solent.

Fortunam nolite inspicere, nec contemnere, nec virtuti amicam existimare, nisi & illi vslui necessaria est.

Mementore quodd beneficium beneficio, aut insigni iniuria rependi solet.

C A P V T VII.

De prudentia circa domesticos.

Non metu, nec amore, sed reverentia quāz ex vtroque constat, familia continenda est.

Filios amate, fratres veneramini, parentes & domesticos omnes, vel diligite, vel exclude.

Pudorem in gestu & sermone seruare ubique, maximē autem inter domesticos.

Quæ non vultis sciri, nec coram pueris, nec seruis, nec mulieribus dicite.

Cauete ne filios ac domesticos nimia acerbitate reddatis inutiles.

C A P V T VIII.

De prudentia circa uxorem.

Vxoris cura diuitias antecedit; nam diuitiam improbum vxor infelicem reddit, panpetem proba felicem.

Vxorem absque diuitias mediocribus ne ducatis.

Mulier, aut edidit, aut afflat, nihil habet medium.

Vxorem nunquam irritamini, sed monete.

Vxorem litigiosam ne ducire, omnis enim est inobediens.

Vxorem à gente stultā, aut tabificā, aut comitali morbo laborante ne ducatis, luctum enim inde perpetiemini.

Vxori aliquibus præsentibus nec blandimini, nec succenseatis.

Mulier cùm sola cogitat, aut nimis blanditur, mala cogitat, semper caute ergo.

C A P V T IX.

De prudentia erga filios.

Filiij mattis naturam & constitutionem magnā ex parte sequuntur.

Noueram filiis ne superinducatis, superinductæ fidem aduersus filios ne habeatis.

Filium spurium vt legitimū educate, sanguis enim vester est.

Filios pædagogis erudiendos, non alendos, tradite.

Filiis nomina pulchra, artem vtilem, mores bonos, Musicam, Arithmetikam, scriptionem tribuatis.

C A P V T X.

De prudentia erga diuitias.

Opes parantur hæreditate, Principum gratiā, arte inclytā, laboriosa, mercaturā.

Fortuna in omnibus auxiliatur per se, & præstat aliqua, vt thesauros.

In arte & mercaturā quatuor sunt necessaria, scientia rei, astutia, parcitas, prudenteria.

Qui opes parare vult, nonnisi ob certam utilitatem itinera sufficiat.

Nolite opes effundere, nec contemnere, sunt enim instrumenta omnium bonorum.

Dominiū vnam, campos & villas plures habeat.

Artem vnam taniū profiteamini.

Procurate vt à quinquagesimo anno sufficiant redditus in vitâ, senectus enim indigens misera est.

Nolite ostentare pecunias aut gemmas.

Chirographos & tabulas diligenter custodite.

Mutamini cum pignore, aut talibus, ac tantum vt donasse non piceat.

Scire vinci, & amittere, non malum est aliquando.

Aurum bis numerabitis, pondere & sono explorabitis.

Longa & diuturna institutio descendantium parat diuitias. Nam si quis prudens annis 400. viueret, ex priuato orbis imperium adipisceretur; hoc igitur idem esse continuā serie prudentiam contingere.

Paruz diuitiae longo tempore parantur,

&

& magno labore; magna breui, & paruo labore.

Nolite conqueri de patre qui filios pauperes reliquerit, modò vietus illis & industria non desint.

Emere oportet ea, quæ vel vnu non senescunt, vel surripi non possunt.

Fortunam sequentem nolite formidare, nec aduersus ire, tempus cogit industria fauere.

Si igitur his vitaminis, opes congregabitis; si contra itis relictas dissipabitis.

CAPVT XI.

De prudentia circa honores.

HOnores immortales, mortales voluptates, gloria corpore senescit, factis resurgit.

Honores & magistratus præbent Principum gratia, amici, diutizie, & bonum nomen.

Honorari parua res est, promereri autem honores non mediocris.

Nolite de rebus magnis nisi ex officio iudicare.

In coniunctio, & aliis locis publicis, sublimorem locum ne querite.

In certamen non-nisi moniti & præmeditati nolite descendere, nam sic omnino descendisse vos existimabunt.

Honorem delatum vtrō, libenter accipite: non oblatum non desiderate.

CAPVT XII.

De prudentia erga negotia.

Estimate lentè seu tardè, deliberate, & promptè exequimini.

Mercatura optima; infelicitis est, nihil agere.

Artem vnam antequam assequamini perfecte, aliam ne aggrediamini.

Facta masculina, verba foeminina, Epistolæ neutrius generis.

Quæ facturus es, nemini dixeris; ne impediatis, vel inuidearis.

Duobus magnis negotiis in eodem genere ne operam dederitis.

In paruis rebus potius decipi expedit quam decipere; in magnis secus.

In novo negotio diem, in tractatu temporis modicum expectate.

CAPVT XIII.

De prudentia erga parentes, fratres, & affines.

Affines pauperes ne despicite, sanguine enim communici sunt ac fama.

Parentem æquum amate; non æquum, aut ferre, aut discedite.

Non solum nobis nati sumus, ortusque nostri partem patria vendicat, partem amici, & posteri.

Nec parentes, nec amici negligendi, etiam si ad amplissimam fortunam peruerteritis.

Estote inter vos optimi amici, coram autem aliis dissidete.

CAPVT XIV.

De prudentia erga amicos.

Aamicos probate dissimulantes non solum calamitatibus, sed etiam felicitatibus: multi enim inuident.

Vicinos amicos & probos quantum licet habecatis, plurimum enim ad famam & commoda vtile est.

In electione amicorum hoc vnum spectate, quod cum aliis grati fuerint.

Amicitiam vbi opus erit deserite, & dissimilate, non lacerate.

Concordia si cum aliis pulchra & vtilis, quanto magis inter vos esse debet?

Amicos solos monete, & de rebus magnis tantum.

Nolite inter duos amicos iudicare.

Amicos palam, non tantum praesentes laude.

Amicorum crimina non nisi coacti prodatis, aduersos vero casus nunquam.

Ne deseratis amicos vestros, ob affines, aut blandientes.

CAPVT XV.

De prudentia erga inimicos.

Adulatores inter inimicos deteriores rapponite.

De veteri inimico nunquam confidite.

De inimicis vestris verba nulla vñquam habete.

Inimicis occultis blandiamini, etiam si vñcisci propositum sit.

Quem odere, et si secretò, ne in illo confidite, odium enim vix latere potest.

Inimicum nullum ed necessitatis compellatis, vt saluum se esse posse non putet nisi pernicie vestra.

Vt dulcibus venena mixta fallunt facilius, ita inimicos permixtis beneficiis.

Cum inimicis vestris sermonem non habeatis, sed intermunciis agite.

CAPVT XVI.

De prudentia circa Conversationem.

Vitate sceleratos, inuidos, stultos, loquaces, iracundos, superbos, irrisores, ingratos.

Nolite

Nolite esse queruli, nec molesti, nec morosi, nec multū curioſi.

Cūm quis loquetur, cogitate quid ad eum pertineat de re, qualiterque sit erga vos; atque sic mentem, non verba obseruate.

Nolite contradicere in his quæ nec ad vos, nec ad vestros pertinent.

Longobardo rubeo, Germano Nigro, Heretculo lusco, Veneto clando, Hispano longo & procerō, mulieri barbatæ, viro criso, Graeco nulli confidere nolite.

Cauete à blæſis, varis, strabis, valgis, compernibus, meretricibus, & nimium blandis hominibus: sunt enim proditores, aut auari, aut irrisores.

Pueri petulantæ & loquaces; adolescentes procaces & multa petentes; iuuenes salaces; senes timidi, auari, queruli, inuidi; mulieres inanæ consilio, & secreta minimè seruantes.

Nihil magis vitetis quam homines verbis bonis, factis autem prorsus iniquis.

Pauperi nolite credere multas pecunias; necessitas enim violentior est natura.

De incertis, aut contra iracundos, aut contumaces, aut contumeliosos non litigate.

Susurronem ne in societatem admittite, multo minus in ædes.

Cum felicibus & fortunatis versari pars est felicitatis; vitate igitur diligenter infeliciū confuetudinem.

Qui dicit lusorem, dicit vitorum sentiam.

Molitores, fures; lanij, mendaces; lusores, procrastinatores; milites rapaces.

Hominem incognitum cauete diligentius lupo & serpente.

Cauete nimis blandos; decipere enim tentant, aut deceperunt.

Nolite quæpiam ab corporis deformitatem contemnere; totus enim homo animus est.

Superioribus statim parate, aut discide.

Procrastinatio, negandi instrumentum est.

Nolite formam decipi; sub virginea enim facie plurimque larent anguinei more.

Consilium ne dederitis nisi rogati.

Vnicuiusdam crimen inefficitote.

Cauete illum qui verbo suo, vel alieno subridet; deceptor enim est.

Nec ingrediamini ad comedentes, nec in lecto existentes.

In conuinio, aut omnino tacete, aut parcimoniæ si necessarium sit, loquamini.

Quod aqua non mollescit, igni cedit, quod igni non soluitur, aqua mollescit, quodam vtroque: ita tractanda sunt hominum ingenia.

In alienis infortuniis, cūm ea non premo[n]ueritis, nolite videri sapientes.

C A P V T XVII.

De Sapientia

C Ognoscite delicias Sapientie, & eas non aspernamini.

Sapientia summis probitati iuncta viros cunctis populis admirabiles efficit; sed & in verâ Sapientiâ probitas continetur.

Iacturam temporis maximam esse ducite.

Libris optimis in unaquaque disciplina operam date.

C A P V T XVIII.

Qui libert ad legendum admittendi.

A Vtores hi solum digni legantur cūm vita hominis his sufficiat, quidquid vero aliis impenderis his detrahes, unde aurea æreis committabis.

In Poësi Homerus, Virgilius, Horatius.

In Grammatica Priscianus.

In Rhetorica, Cicero, Quintilianus.

In Historia Xenophontis alcensus, Sallustij Catilianarius, Suetonius, Argentonus, Navigationes ad Indos, Plutarchi vita & Cationis compendium.

In Mathematicis Euclides, Apollonius, Archimedes, Vitruvius, Ptolomeus.

In Medicina Hippocrates, Galenus, Avicenna, Rhasis ob copiam, Dioscorides, Petrus Bellonius, Gelnerus, Velalius.

In Physica Aristoteles, Theophaſtas, Plotinus, Plutarchus.

Varij, Pausianas, Plinius, Athenæus; Petri Bellonij singularia, Pierij Hieroglyphica, Natalis Mythologia, Cœlius Rhodiginus, Cœlius Calcagninus, Fabule Boccarij, Polyphilus, Thesauri lingua Latinæ.

Non ultra igitur progredi licebit, & sic fieri temporis compendium, doctrina longè vberior, lucrum ex libris non eraptis maximum, nihilque decrit ad doctrinam, ad ornatum, ad voluptatem.

C A P V T XIX.

De Probitate & virtute.

C Urare ut meliores sitis & præstantiores quam videamini.

Virtutem & probitatem, nec regite, nec ostentate.

Virtutem & probitatem inuidia comitatur ut umbra corpus, nolite ergo terner.

Non maior est labor esse fortē quam timidum, vegetum quam inertem, comētum quam agrestem.

Cūm virtus sit clarior & utilior viris, nec difficilior, ideo eas eligite.

Doctrinam

Doctrinam magis quam aurum estimate.



C A P V T X X .

De Fide.

Polllicita summâ fide præstare , fidei enim opinio apud homines quædam opes sunt. Fides ad eum quem reliquerit non reuertitur.

Summam ingratias præstare fidem, aut malitiosis, simplicis, non probi est.

Dominorum negotia summâ fide tractare, ut ex dominis seruos reddatis.



C A P V T X X I .

De Gratia & officio.

In ingratios nolite beneficia conferre; opera enim perditur, & animus alienatur, & malo estis exemplo.

Officium cum suscipitis, mementote vos oporteneret libertatem.

Promptiores effete ad conferenda officia amicis, quam ad vlciscendos inimicos.

Beneficia per vos, aut vestros collata, nolite exprobaret nisi necessarij.

Beneficiarios vestros in causa iusta cognitos, qui pro vobis non sunt, pro inimicis habete: nullo officio obstricatos, aut in iusta causa cognito, qui contra vos non sunt, numerate inter amicos.



C A P V T X X I I .

De Servis.

Ancillas iuuenes non queratis; si habeatis, non ipsas in consortium lecti admittite, ne aut dominas, aut veneficas habeatis.

Vt corpus absque animâ nihil agit, ita seruus absque domino.

Affines, seruos, aut famulos nolite habere, ne coniurate inter se possint.

Omnis servitus est misera; tum vero est intolerabile seruitate impudico, impatio, effeminatio viro.



C A P V T X X I I I .

De Vitiis in genere.

Vitia non profundit nisi vt veneno; quibus aduersus ipsatim vita viciuntur pro antidotis.

Vitia sunt: & saltus, ignis, piper, modice conditum, copiosa coruptione.

Vitia animi, velut in vestibus metallas, si qua sunt saltem tegente operae.

Vitia non tam & nobis expellenda sunt:

quam repellenda, quia vrique facilius est non suscipere, quam lemel susceppta deponere.

Victiorum tria sunt cum voluptate, Auaritia, Gula, Luxuria: unum cum dolore Inuidia: reliqua modò cum dolore, modò cum voluptate, Ira & Superbia.

Fures nec emendantur unquam, nec restituunt.



C A P V T X X I V .

De Amore.


AMOR est iucundus cruciatus, ac insania vnius generis.

Amare iuueni fructus est, seni crimen. Est enim egregia stultitia signum, aut caput.

Amare & sapere solis concessum superis.

Amatum quis propter tria, videlicet affabilitatem, pulchritudinem, & mansuetudinem.

In felix puerorum amor & insulsus. Mulierum autem periculis plenus.



C A P V T X X V .

De Voluptate


Voluptates sunt corruptibles; honores vero immortales.

Ludite ad animi relaxationem, non autem de pecuniis certate.

Voluptates corporis, morbi sunt.

Voluptatem coercente, sponte enim nimis augetur.

Ita Diis placitum, voluptatem vt motor comes consequatur.



C A P V T X X VI .

De Inuria.

Paruas injurias omnino negligite.

Læsus grauior animus dubiam non habet sententiam.

Alienas tanquam vestras injurias nec ope, nec pretio nolite vendicare.

Pro partis rebus nolite contendere; plurimi enim minimis ex causis perierte.

Furor sic læsa sepius patientia.

Animo dolenti nolite credere.

Cum iniuriam alieni intolleritis, nolite confidere mansuetudini eius, vel ignorantie.



C A P V T X X VII .

De Odio.

Oderitis plerunque vt amaturi; semper amate vt oluri: hoc autem ad confidentiam etiam pertinet.

C A P V T

CAPVT XXIX.

De Luxuria.

Luxuria plerumque aut hominem perdit, aut secum poenitentiam affert.

CAPVT XXX.

De Gula.

Gula cupediæ pauperes faciunt, aut morbos.

Qui plus comedunt quam par sit, mentem sapientius gerunt pinguedine obsitam, corpus vero excrementis onussum.

CAPVT XXXI.

De Inuidia.

Eos, qui vos solum ob inuidiam oderunt, amicos futuros nunquam sperare.

Est etiam pars inuidiae lætati de aliena infelicitate.

Cum inuidia laboraueritis, utile & honestum negotium ei quod queritis, prætendite.

CAPVT XXXII.

De Ira.

Ira est furor omnium generalis, & stultitia ferox ac temeraria, propterea ad iratos ne accedite.

Mementote quod nonquam vidi hominem iracundum qui recte aliquid fecerit.

CAPVT XXXIII.

De Superbia.

Superbia multos preclaro parit hostes.

Superbia prima origo inuidiae.

In superbiam tanto quis facilius incidit, quanto ex humiliiori gradu ad dignitates elevitur.

CAPVT XXXIV.

De Mendacio.

Mendax lucratur, vt veritas ei non credatur.

Nolite unquam mentiri, sed circumuenire.

Mendacem sciatis aut stultum esse, aut à fure & proditore abesse parum.

Cauete cum veram causam tuemini, ne confitis mendaciis eam infirmetis.

Vt mendaciis locus non sit, assuecite veritati, de rebus magnis agite; atque ne arguir possitis cautele.

CAPVT XXXV.

De Aduersis.

Conscientia rectæ voluntatis maxima consolatio rerum incommodatum.

Magnanimi est, neque secundis rebus insolercere, neque deiici aduersis.

CAPYT XXXVI.

De Animalium educatione.

DE Mulo nolite fidere.

Equum aut nullum, aut egregium, aliœ; in via nunquam liberum relinquette.

Aues, nec feras, nolite habere in domo.

Qui ponit pecunias suas in animalibus, defero ridet, de mane lacrymatur.

Equos aut mulos quos equitate vultis, blanditer tractate, panem naribus præbete, neque enim cadentes vel liberi dimissi negotium facessent.

In ultimo, Animalia non alatis ultra partem millesimam redditum.

C O N C L V S I O.

Non est necesse hæc omnia ad felicitatem obseruare; sed tamen qui hæc omnia obseruauerit felix erit.

Longe autem facilius est hæc scire quam exequi.

F I N I S.